

JOHANNES CASIMIRUS DEI GRATIA REX POLONIAE &c.

Vobis Spectabilibus et Tamatis, Puzggrabio, Proconsuli, Consulibus, Atque Magi-  
stratui Civitatis Nostrae Gedanensis, Professionis duntaxat Augustano-Lutheanae  
de personis, officiis, causa hominum et summas vestris propriis, non Civitatis communibus  
aut ex Civium omnium, praesertim Augustano-Reformatorum contributione, collectis man-  
damus Quatenus coram nobis et iudicio Nostrae Varsaviae, aut ubi cum Cuius Nostrae feliciter  
constituti fuerimus, a portione praesentis citationis recte in quatuor septimanis proxi-  
mis, seu dum causa praesens legitime venerit iudicanda, personaliter, legitime,  
peremptorie compareatis, admittantiam Investigatoris Nostrae et Reipublicae, qui pro officio  
suo, et ex delatione Spectabilium et Tamatorum Concivium Vestrorum, Professionis Augustano-  
Reformatae, vos omnes conjunctim et quemvis severim citat, pro poena Contumaciarum  
Auctorum Ungaricalium, sicutis hinc Rescriptorum seu Mandatorum Nostrorum ad vos nuper  
in Rescriptorum nomine emanatorum, interposita et per vos succubita ex eo, quia vos in  
meram praesentis Rescriptis Nostrae conventionem, voluntarie et Mandatis Nostrae Regis de  
certa scientia in negotio in Rescripto facto et edito renitentiam, gravamina sua et  
singula praefatorum Concivium Vestrorum Augustano-Reformatorum non aboleveritis,  
Templa ad Sanctissimam Trinitatem, eius usu et professione eosdem vi, et potestati  
privatis, iidem non restitueritis, et in defuncti Professoris Reformati locum, alium  
eiusdem Religionis non substitueritis, neque praedictos Concives Vestros Augustano-  
Reformatos iure, prerogativis, immunitatibus, dignitatibus, muneribus, officiis et pri-  
vilegijs Civitatis ad instar aliorum Civium Augustano-Lutheanae Confessioni adbi-  
torum, indifferenter frui et gaudere permittitis, quum imo varijs quavis modis con-  
stringitis et coarctatis, a praemissisq; omnibus excluditis, amovetis et segregatis, cum nota-  
bili legum publicarum et Rescriptorum Nostrorum vilipendio, pacis publicae et tranquillitatis  
Civitatis Nostrae perturbatione. Pro ea itaq; poena, ultra graviores indignationem et  
animadversionem Nostram Regiam, super vobis Civitatis Augustano-Lutheanae tantum  
decernenda, ut nihilominus pro restitutione Augustano-Reformatorum in pristi-  
num jus et usum praemissorum omnium et singulorum, a quibus per vos violenter  
dejecti et reclusi suae, citamini, sitis parituri, et ad praemissa aliaq; vobis  
futuro in termino latius obijcenda et declaranda, judicialiter responsuri.  
Datum Varsaviae feria sexta post festam omnium sanctorum proxima. Anno Domini  
Millesimo, Recentissimo, Quinquagesimo primo.

Investigator Regni

